Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



de malo thesauro profert mala dico
autem vobis. quod omne otiosum verbum
quod locuti fuerit homines. reddent ra
tionem de eo in die iudicii Ex verbis
enim tuis iustificabis. et ex verbis tu
is condemnaberis. Feria vj. Ad completorium.

Fratres. Cum liberi essemus ex omnibus
omnium me fecimus servum. ut plures
lucrifacerem: factus sum iudeis tanquam
iudeus. ut iudeos lucraretur. His qui
sub lege sunt. quasi sub lege essem. cum
ipse sub lege non essem. ut eos qui sub
lege erant lucrifacerem. His qui sine
lege erant. tanquam sine lege essem.
cum sine lege dei non essem. sed in lege
xpi essem. ut lucrifacerem eos qui sine
lege erant: factus sum infirmus ut in
firmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus
sum ut omnes salvos facerem. Sancti Lucam

In illo tpe. Interrogatus ihus a pha
risaeis quando venit regnum dei re
spondit eis et dixit. non venit regnum
dei cum observatione. neque dicent. ec
ce hic aut ecce illuc. Ecce enim regnum
dei intra vos est. Et ait ad discipulos
suos. venient dies quando desiderabitis vi
dere unum diem filii hominis. et non vi
debitis. Et dicent vobis ecce hic.
ecce illic. Nolite ire neque sectemini. na
sicut fulgur coruscans de sub celo
in ea que sub celo sunt fulget. Ita erit
filius hominis in die sua. primum autem
oportet illum pati multa. et reprobari
a generatione hac. Et sicut factum est
in diebus noe. ita erit et in diebus
filii hominis. Edebant et bibebant uxo
res ducebant et dabant ad nup
tias usque in diem qua intravit
noe in arcam. et venit diluvium
et perdidit omnes. Similiter factum est in
diebus loth. edebant et bibebant
emebant et vendebant. plantabant
et edificabant. qua die autem
exivit loth a sodoma. pluit ignem
et sulphur de celo. et omnes perdidit
Sed in hac erit qua die filius ho
minis revelabitur. In illa hora
qui fuerit in tecto. et vasa eius in
domo. ne descendat tollere illa. et qui
in agro similiter non redeat retro.
Memores estote uxoris loth. Qui
cumque quaesierit animam suam salvam fa
cere perdet eam. Et quicumque perdiderit
illam vivificabit eam.
Dico vobis in illa nocte erunt duo
in lecto uno. unus assumetur et alter
relinquetur. Duae erunt molentes in
unum. una assumetur. et altera reli
quetur. Duo in agro unus assume
tur et alter relinquetur. Respondentes
dicunt illi. ubi domine: Qui dixit eis
ubicumque fuerit corpus illuc congre
gabuntur et aquilae do xij.
Eris mihi adiutorium meum intende domine